

R E R V M
A N G L I C A R V M
L I B R I Q V I N Q V E,

Recens ceu è tenebris eruti, & in studio-
forum gratiam in lucem dati:

Auctore

G V L I E L M O N E V B R I G E N S I.

Cum rerum memorabilium luculentissimo

I N D I C E.

del. J. B. R.



A N T V E R P I Æ,

Ex officina Gulielmi Silvij, typographi

Regij. M. D. LXVII.

Coli. Soc. Jesu. ex dono Regum.

D. ELISABETHÆ SERENISS.
ANGLIÆ, FRANCIAE, HYBERNIAE
REGINÆ.

 VCTOREM hunc ab amico
nactus, primùm ipse paginas
aliquot percurrens, lectione de-
uoravi: mox opere nō nihil de-
gustato illud vni & alteri ex fa-
miliaribus meis viris sanè prudētibus & insi-
gniter eruditis, meo more expēdendū, & dili-
gēter examinādum dedi, magno ab ipsis stu-
dio contendens, ne suum me de hoc Chro-
nico iudicium cēlare vellent. nam temere
quidquid obtruditur, in lucem dare, esset nō
solum temerarij & inconsiderati hominis,
verum etiam in promouenda re litteraria pa-
rum diligentis & officiosi. Postea vero illi
ipsi, quibus hanc prouinciam demandāram,
ita mihi pro voto respondērunt, sic opus cō-
mendārunt, vt vix aliud magis vnquā, cum
propter doctrinam, prudentiam & grauita-
tem, tum verò maximè, quod plurima de-
prehēderent his tēporibus scitu dignis. quę
prēcipue in hoc auctore commendāda sum-
misq; laudibus extollenda censerēt, & in pri-
mis quod apertè, ingenuè citraq; omnem fu-
cum aut adulationē historiā suā prosequere-
tur, nunc hos, nunc illos pro merito, sine vl-
lo respectu aut laudans aut vituperās. Itaque

LIBER PRIMVS.

*De Guillelmo Notho, primo ex Normannis
— Rege Anglorum. CAP. I.*

1066.



NNO a plenitudine tēporis
quo verbum caro factū est &
habitauit in nobis M. LXVI.
Guillelmus cognomēto No-
thus, Dux Normannorum, 10
Haraldo Regi Anglorum, vel dominandi
libidine, vel causa vlciscendi iniurias, bel-
lū intulit: quo Haraldo bellica sorte absum-
to, Anglisque expūgnatis atque subactis;
Ducatu Normannię regnum Anglię socia- 15
uit. Cumque peracta victoria, tyranni nomē
exhorrescens & legitimi Principis perso-
nam induere gestiens, a Stigando tunc tem-
poris Cantuariensi Episcopo in Regem so-
lemniter consecrari deposceret; ille, viro (vt 20
aiebat) cruento & alieni iuris inuasori; ma-
nus imponere nullatenus acquieuit. Altre-
dus vero Eboracensis Archiepiscopus vir
bonus & prudens, hoc munus impleuit: a-
cutius intelligens, cedendum esse tempori, 25
& diuinę nequaquam resistendum ordina-
tioni. Denique hoc modo hominem fero-
cissimum spirantem adhuc minarum & cæ-
dis in populum; mitem reddidit, & religio-
sis